



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Directorivm Ecclesiasticae Disciplinae, Coloniensi
praesertim Ecclesiae accommodatum**

Frangipani, Ottavio Mirto

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 F 2269

De fidei professione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62032)

DIRECTORIVM
ECCLESIASTICAE
DISCIPLINAE, ECCLE-

SIAE PRAESERTIM COLO-
NIENSI ACCOMMO-
datum.

DE FIDEI PRO-
FESSIONE.



1. Qum fides humanae salutis initium, & fun-
damentum, ac omnis iustificationis ra-
dix sit, sine qua impossibile est placere
Deo, & ad filiorum eius consortium per-
uenire, quam qui non habet, frustra ac-
cedit ad Deum, frustra loquitur, frustra
Deum inuocat: indecorum esse videtur, si huius tam
illustris Ciuitatis & Dioecesis Coloniensis Ecclesiarum
reformationi, Clericorum correctioni, ac disciplinae
constituendae studiosè incumbentes, ab ipsius fidei con-
fessione, quam SS. Patrum decreta praecipunt in om-
nibus esse praemittendam, non censeremus potissimè
exordiendum.

2. Statuendum ergo primum duximus, vt omnes
qui de Beneficijs Ecclesiasticis quibuscunque, quouis
modo, in hac Ciuitate & Dioecesi prouisi, publicam or-
thodoxae fidei professionem, iuxta formam à foel. rec.
Pio III. Pontifice Max. praescriptam, non fecerint, eam
intra sex hebdomadas à die notitiae harum constitutio-
num facereteneantur. Nec vllus, posthac, Beneficium
aliquod Ecclesiasticum, quocunque nomine, adire per-
mittatur, etiam si aliàs fidei professionem fecerit, nisi fa-
cta aut repetita eadem fidei professione, in hunc qui se-
quitur modum:

∪

Ego

Ego N. firma fide credo & profiteor, omnia & singula, qua continentur in symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: Credo in unum Deum patrem omnipotentem, factorem celi & terrae, visibilium omnium, & invisibilium; & in unum Dominum Iesum Christum filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia saecula: Deum de Deo, lumē de lumine; Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines & propter nostram salutē descendit de caelis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine; & homo factus est; crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato, passus & sepultus est; & resurrexit tertia die secundum scripturas; & ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris; & iterum venturus est cum gloria iudicare vivos & mortuos, cuius regni nō erit finis: & in Spiritum sanctum Dominum & vivificantem, qui ex Patre Filioq; procedit, qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas: & unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionē peccatorum, & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi saeculi, Amen. Apostolicas et Ecclesiasticas traditiones, reliquasq; eiusdem Ecclesiae observationes & constitutiones firmissimē admitto, & amplector. Item sacram scripturam iuxta eum sensum, quē tenuit & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione sacrarū scripturarum, admitto, nec eam unquam, nisi iuxta unanīmē consensū Patrū accipiā, & interpretabor. Profiteor quoq; septē esse verē & proprie sacramēta nouae legis à Iesu Christo, Domino nostro, instituta, atq; ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet Baptismū, Cōfirmationem, Eucharistiā, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem & Matrimonium: illaq; gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem siue sacrilegio reiterari nō posse. Receptos quoq; & approbatos Ecclesiae Catholicae ritus, in supradictorū omnium sacramentorū solēni administratione recipio & admitto. Omnia & singula qua de peccato originali, & de iustificatione in sacro-

sanctā

sancta Tridentina synodo definita, & declarata fuerunt, amplector & recipio profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium, pro viuis & defunctis, atque in sanctissimo Eucharistia sacramento esse, vere, realiter & substantialiter corpus, & sanguinem, unam cum anima, & diuinitate Domini nostri, Iesu Christi, fieri quoque conuersionem totius substantiae panis, in corpus; & totius substantiae vini, in sanguinem, quam conuersionem Catholica Ecclesia Transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verum quoque sacramentum sumi. Constante teneo Purgatorium esse, animas quoque ibi detentas fidelium suffragiis iuuari. Similiter & Sanctos unam cum Christo regnantes, venerandos atque inuocandos esse, eos quoque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmissime assero imagines Christi, ac Deiparae semper virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas & retinendas esse, atque eis debitum honorem atque uenerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem, a Christo in Ecclesia relictam fuisse; illarum quoque usum Christiano populo maxime salutarem esse, affirmo. Sanctam Catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem, & magistram agnosco: Romano quoque Pontifici beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi vicario, veram obedientiam spondeo ac iuro. Caetera item omnia a sacris Canonibus & Oecumenicis Conciliis, ac praecipue a Sacrosancta Tridentina synodo tradita, definita & declarata, indubitanter recipio atque profiteor: simul quoque contraria omnia atque haereses quascumque ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reicio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in presenti sponte profiteor, & veraciter teneo eandem integram & inuiolatam, usque ad extremum vitae spiritum, constantissime (Deo adiuuante) retinere & confiteri, atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & praedicari, quantum in me erit, curaturum, ego idem N. spondeo voueo ac iuro; Sic me Deus adiuuet, & haec sancta Dei Euangelia.

IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT
APVD DEVM.

3. Et prouisi quidē de Dignitatibus, Canonicatibus, Vicarijs vel officijs, siue sint sacerdotes siue laici, qui officia vel vicarias obtinent; in Ecclesia Cathedrali, vel collegiata, Ciuitatis vel diœcesis Colonienſis, propositam fidē in manibus Decani vel Capituli Ecclesie, cuius est canonicatus, officium, vel vicaria, præſente Capitulo, vel eius potiore parte; Decani verò in manibus Capituli, antequā fiat prouisio, vel alteri eius nomine legitimè subrogato, tradatur possessio Dignitatis, Canonicatus, Vicariæ vel officij; ex canonum præcepto profiteantur: alioqui possessio denegetur.

4. Pastores coram eo, à quo Pastoratus accipiunt inuestituram, & institutionē; Officiati verò Ecclesiastici & sæculares coram Pastoribus, ante adeptam possessionē, officijq; administrationem; promouendi verò ad maiores Ordines, Episcopo, à quo ordinabuntur, hanc fidei professionem faciant.

5. Hoc ipsum cautum sit de omnibus & singulis, tam laicis quàm Clericis, sæcularibus, aut quorumcūq; Ordinum Regularibus, etiam in Monasterijs, suorum ordinum publicè vel priuatim Theologiam, ius Canonicū, casus conscientie, censuras Ecclesiasticas, Medicinam, Philosophiam, Grammaticam, vel alias litterarias artes: quascunq; profitentibus aut legentibus: nec non de ludimagistris omnibus, ac confessarijs, sacerdotibus & cōcionatoribus qui pro religionis & disciplinæ Ecclesiasticæ augmento, ex dictæ Pontificie formulæ præscripta ratione, fidem profiteantur, antequam functionis munus aggrediantur: ita vt omnes in eorum manibus hanc fidē præstent, à quibus onus suscipiūt: etiam Religiosi seu Regulares, nisi intra septa Monasterij sui huic muneri præficiantur; tunc enim in manibus Superiorum suorum

can-

eandem fidem confiteri sufficiat. Hac autem fidei professione non præstita, functionis munus interdicitur ab ijs quibus erat præstanda, quoad eam professionem emiserint.

6. Nec vllus in posterum eligatur in Rectorem Collegij, nisi perspecta prius religione fideq; Catholica eligendi, ac præstita in manibus Prioris, aut prouisorum Collegij, aut illius vel illorum locum tenentis huiusmodi fidei professione. Nec in Theologia, Iuris, Medicina, vel quacunq; alia facultate ad aliquem gradum assumatur, qui in eius aut eorum manibus, à quo vel à quibus ad gradum admittendus est, hanc fidei professionem non fecerit: neq; in matriculam Vniuersitatis quisquã inscribatur, aut studiosorum priuilegijs frui possit, quin coram Rectore Vniuersitatis eandem fidei professionem pronūciauerit, & Bursarum vel portionum, quas vocāt, seu fundationum, aut Eleëmofynarum, quę in subsidium & sustentationem studiosorum sunt, nemo capax sit, aut fructum ex ijs percipere possit, quin iuxta præscriptam formulam coram Rectore Collegij, sub cuius directione in studijs promouendus erit, Catholicam fidem eo, quo dictum est, modo professus fuerit.

7. Sed cùm scriptum sit, qualis Rector ciuitatis, tales & habitantes in ea, magnopere optādum est, vt fideles, pij, ac sapiētes sint Rectores, omnesq; ministri qui in administrāda iustitia, tam in sæculari quã ecclesiastico huius Ecclesię & Diocesis foro, publico munere funguntur. Quare Sereniss. & Reuerend. Dom. Electorem obsecramus, aliosq; fideles Catholicos, & pios huius Diocesis Principes, ac Dominos temporales hortamur, vt populis, qui ab omnipotēti Deo, Dominorū omnium Domino & Principū Principe, ipsis regendi ac gubernandi traditi sunt, tales præficiant Rectores, Gubernatores & ministros, qui præter officij nomen quod præ se ferunt, veram pietatem & iustitiam colant, populosq; auctoritate

& exemplo ad omnem iustitiæ & religionis Catholicæ viam dirigant.

8. Atque vt omnes qui præficiuntur ad hanc fidei professionem, initio præfecturæ administrationis & officij, etiam solemni iuramento obstringantur, Deoq; debitus cultus & honor exhibeatur; præcipiant, Serenissimus & Reuerendissimus Dominus Elector, alijq; Domini præfati, vt quocunq; nomine Rector, ad Regimen populorū assumendus, ac alij quicunq; publicæ functionis muneri præficiendi in ciuitate & Diœcesi, non prius præfecturæ, administrationis & officij possessionem adipiscantur, valeantq; exercere, quàm in Metropolitana Ecclesia coram Decano & Capitulo, si præfectura, administratio & officium fuerit in ciuitate Coloniensi; vel si alibi, in collegiata vel parochiali Ecclesia, aut Abbazia seu Monasterio, vel in domo Ciuica aut Iustitiæ loco coram sacerdote supremam dignitatem in digniori Ecclesia obtinente, Orthodoxæ fidei professionem iuxta præscriptam formam faciant, iurentq; ad Sancta Dei Euangelia, quod in populo regēdo ac iustitia administranda Deum & veritatem cunctis rebus semper præponent.

9. Amplissimum Ciuitatis Coloniensis Senatū, & oppidorum huius Diœcesis Magistratū hortamur, ac per viscera misericordiæ Christi Domini obtestamur, vt pro fidei Catholicæ officio tuendo, proque pietatis suæ studio, eandem fidei professionem, iuxta præscriptam formam fieri velint ab assumēdis ad gerendos magistratus, aut alia officia publica, nec nō à Typographis, Bibliopolis, & qui libros quolibet modo distrahunt; à recipiendis quoq; in cōfraternitates & tribus aut curias ciuū in hac Ciuitate, in oppidis & pagis. Nec quenquā ad præfecturā aliquam, munus vel officium, aut quamcunque ciuium societatem, tribum seu cōfraternitatem admitti patiantur, nisi perhibito de antea cōvite Catholicæ testimonio, cum exploratum sit, nihil ad prouinciarum regnorūq; interi-

interitum maiores vires habere quàm de Catholicæ fidei præsidio decedere. Quod cum Metropolitana Coloniensis ciuitas, multis licet, varijs ac magnis hæresû pulfata tempestatibus, singulari Dei protectione, tanta semper virtute atq; constantia tenuerit, vt eius laus hoc nomine in diuino officio singulis annis in Ecclesijs glorioso præconio celebretur, dū in prosa canitur: † *Postquam fidem suscepisti ciuitas prænobilis, Recidua non fuisti, sed in fide stabilis.* Eidē nunc & in posterum, contra præsentis & futuras, occultas & manifestas hæreticorum machinationes, multò magis aduigilandum est, vt in hac fide, vsq; ad finē perseueret. Et quod in magno sigillo profitetur, se Romanæ Ecclesiæ fidelē filiam, in tentationibus, quæ ad probationem suam fiunt & fiēt, maximè commōstret, vt reliquæ omnes huius Diocesis & prouinciæ ciuitates, quib; ceu mater & caput, alijsq; multis nominibus præeminet, gaudeāt si eius exemplo, quæ pro incolumitate fidei à nobis, seu potius à Romana Sede præscripta sūt, deuotè & religiosè obseruauerint, & doleant si à

† *In prosa cuius initium est: Gaude felix Agrippina sanctaque Colonia: que canitur in festis Patronorum.*
 * *Sigillum ciuitatis Coloniensis, quod magnum vulgò vocatur, est enim quinque digitorum latitudinis, custoditur in ciuitatis Archiuo. Id nunquam imprimitur, sed ciuitatis cum alio contractibus, mutuisque obligationibus, veluti venditionum, emptionum, censuum, Reipublice litteris & huiusmodi alijs, atque fœderibus, ex duabus Canabinis chordulis pergamenicisue, appèditur. Cuius sigilli effigies vera sic habet: S. Petrus, quali toga Christus pingitur indutus, insulatus, barba, capillis crispis, totus & integer, à sùmo ad calcè conspicuus, grauis, propemodumq; reclusus insidet throno insignis solij, supra turrim maioris portæ mæniorum extructi, nempe expressa lunari quæ Rhenum spectat forma. Gestus hi sunt, recta extra urbem intuetur, de extra exerti ex toga brachij, duas clauas simul iunctas ac reclusas tenet medias, sinistram libro clauso supra sinistram genu superimponit, supra cuius caput, in suprema solij recta linea scriptum: S. Petrus. Circum verò sigillum, litteris maiusculis magnis huiusmodi inscriptio est: † S A N C T A C O L O N I A, G R A T I A D E I, R O M A N A E E C C L E S I A E F I D E L I S F I L I A. Contra sigilli imago, est idē Petrus umbilico tenus, eodem quo dictum habitu, & vultu. Dextrum brachium nudū ad pectus admouet, ac manu sinistra librū clausum sustinet. Circumscriptum est: † S. Petrus: Contra sigillū ciuitatis Coloniensis.*

† *In prosa cuius initium est: Gaude felix Agrippina sanctaque Colonia: que canitur in festis Patronorum.*
 * *Sigillum ciuitatis Coloniensis, quod magnum vulgò vocatur, est enim quinque digitorum latitudinis, custoditur in ciuitatis Archiuo. Id nunquam imprimitur, sed ciuitatis cum alio contractibus, mutuisque obligationibus, veluti venditionum, emptionum, censuum, Reipublice litteris & huiusmodi alijs, atque fœderibus, ex duabus Canabinis chordulis pergamenicisue, appèditur. Cuius sigilli effigies vera sic habet: S. Petrus, quali toga Christus pingitur indutus, insulatus, barba, capillis crispis, totus & integer, à sùmo ad calcè conspicuus, grauis, propemodumq; reclusus insidet throno insignis solij, supra turrim maioris portæ mæniorum extructi, nempe expressa lunari quæ Rhenum spectat forma. Gestus hi sunt, recta extra urbem intuetur, de extra exerti ex toga brachij, duas clauas simul iunctas ac reclusas tenet medias, sinistram libro clauso supra sinistram genu superimponit, supra cuius caput, in suprema solij recta linea scriptum: S. Petrus. Circum verò sigillum, litteris maiusculis magnis huiusmodi inscriptio est: † S A N C T A C O L O N I A, G R A T I A D E I, R O M A N A E E C C L E S I A E F I D E L I S F I L I A. Contra sigilli imago, est idē Petrus umbilico tenus, eodem quo dictum habitu, & vultu. Dextrum brachium nudū ad pectus admouet, ac manu sinistra librū clausum sustinet. Circumscriptum est: † S. Petrus: Contra sigillū ciuitatis Coloniensis.*

† *In prosa cuius initium est: Gaude felix Agrippina sanctaque Colonia: que canitur in festis Patronorum.*
 * *Sigillum ciuitatis Coloniensis, quod magnum vulgò vocatur, est enim quinque digitorum latitudinis, custoditur in ciuitatis Archiuo. Id nunquam imprimitur, sed ciuitatis cum alio contractibus, mutuisque obligationibus, veluti venditionum, emptionum, censuum, Reipublice litteris & huiusmodi alijs, atque fœderibus, ex duabus Canabinis chordulis pergamenicisue, appèditur. Cuius sigilli effigies vera sic habet: S. Petrus, quali toga Christus pingitur indutus, insulatus, barba, capillis crispis, totus & integer, à sùmo ad calcè conspicuus, grauis, propemodumq; reclusus insidet throno insignis solij, supra turrim maioris portæ mæniorum extructi, nempe expressa lunari quæ Rhenum spectat forma. Gestus hi sunt, recta extra urbem intuetur, de extra exerti ex toga brachij, duas clauas simul iunctas ac reclusas tenet medias, sinistram libro clauso supra sinistram genu superimponit, supra cuius caput, in suprema solij recta linea scriptum: S. Petrus. Circum verò sigillum, litteris maiusculis magnis huiusmodi inscriptio est: † S A N C T A C O L O N I A, G R A T I A D E I, R O M A N A E E C C L E S I A E F I D E L I S F I L I A. Contra sigilli imago, est idē Petrus umbilico tenus, eodem quo dictum habitu, & vultu. Dextrum brachium nudū ad pectus admouet, ac manu sinistra librū clausum sustinet. Circumscriptum est: † S. Petrus: Contra sigillū ciuitatis Coloniensis.*

10. Vt ne prætextu aut causa deficientis Germanici exempli-

emplaris fidei professio ab his qui Latinam linguam nō intelligunt, vel non exigatur, vel exacta non præstetur: curauimus eam in linguam Germanicā fideliter verti, & vt omnibus in promptu esset hīc proponi.

Ein öffentliche bekändnuß des Catholischen Glaubens.

In namē der allerheiligstē Dreyfältigkeit, des Vatters/vñ des Sūns/vñ des heilige Geists. Ich N. glaub vñnd bekenne mit beständigem Herzen/ alle vñnd jede stück so in dē Christlichen Glauben/den die heilige Römische Kirch auff dise weiß gebrauchet/ verfast seindt. Nemlich: Ich glaube in einen Gott Vatter den Almechtigen/Schöpffer des Himmels vñnd der Erden / aller sichtbaren vñnd vn sichtbaren dingen / vñnd in einen Herzenn Jesum Christum/ den eingebornen Sun Gottes / auß dem Vatter geboren vñnn Ewigkeit / **G D I** vñnn Gott / Liecht vñnn Liecht / ein wahrer Gott vom wahren Gott / geboren vñnd nicht erschaffen / gleicher Substanz vñnd Wesens mit dem Vatter / durch ihn seindt alle ding geschaffen wellicher vñnb vñns Menschen vñnd vnseres Heyls willen / vom Himmel herunder gestigen / vñnd durch den heyligen Geist auß Maria der Junckfrawen Fleisch an sich genommen hatt / vñndt ist Mensch worden. Er ist auch fur vñng vnder Pontio Pilato geereuziget / hat gelidten vñ ist begraben worden / vñ am dritten tag / laut d heiliger schrifft / widerüb auffstanden vñ dē Todtē. Er ist auff gefahren in den Himmēl / sitzet zur Rechten Gottes des Vatters / vñ wirdt widerumb Kommen mit Herlichkeit zu richten die Lebendigen vñnd die Todten / welches Reichs kein ende wirdt seyn. Ich glaub auch in den heyligen Geist / denn Lebendig machenden Herzen / der von dem Vatter vñnd Sun her gehet / wellicher sampt dem Vatter vñnd Sun zugleich angebetet vñnd geehret wirdt / der da geredt hat

redt hat durch die Propheten. Ich glaube auch ein eintige/
heylige/allgemeine vñnd Apostolische Kirchen. Ich bekenne
einen Tauff zu vergebung der Sünden/ vñnd warte auff
die Auferstehung der Abgestorbenen/ vñnd auff ein ewiges
zukünfftiges Leben. Amen.

Alle Apostolische/Geistliche Satzungen sampt allen ande-
ren ordnungen vñnd gebräuchen der Catholischen Kirchen/
nimme ich an/vñnd halte sie bestiglich.

Die H. Schrift verstehe ich/ vñnd laß sie zu/in vñnd nach
dem verstande welchen vnser heylige Väter die Christliche
Kirch/bissher gehabt/ vñnd noch helt: Seytemal ihr zuge-
hört/den wahren verstande vñnd außlegung der H. Schrift
von dem falschen zu vñnderscheiden.

Ich wil auch gemelte H. Schrift allezeit/ nach der eini-
gelligen außlegung der heyligen Väter/ verstehn/ annem-
men/vñnd nicht anderst.

Ich glaub vñnd bekenn/das warlich vñnd eigentlich si-
ben Sacrament des newen Testaments/ von Christo Jesu
vnserem Herren selbst eingeseß/ vñnd dem Menschlichen Ge-
schlecht sehr nutzlich/wiewol nicht alle einem jeden Mensch-
en zur Seligkeit notwendig seindt/ Als nemblich der Tauff/
Firmung/das Sacrament des Altars/die Buß/ letzte Oe-
lung/die Priesterweyhe/ vñnd die Ehe/ vñnd das dise Sacra-
ment dem Menschen wirkliche Gnad mittheilen. Auß wel-
chen allen der Tauff/Firmung/vñnd Priesterliche Wey-
hung/ohne Gottslästerung/vñnd grosse Sünd/nicht mö-
gen widerholt/vñnd zum anderen mal gebraucht werden.
Ich nimme auch an/vñnd laß zu alle gewonliche vñnd bewerte
bräuch/so in der Christlichen Catholischen Kirchen bey der
öffentlichen/herlichen Darreichung/ hochgemelter diser
Sacramenten gebraucht werden.

Dessengleichen glaub ich/ alles samptlich vñnd sonder-
lich/waß von der Erbsünd vñnd Rechtfertigung des Sün-
ders im heiligen algemeinen Concilio zu Trient erklärt vñnd
beschlossen worden ist.

Ich bekenn auch vñnd Glaub / das in dem hochheiligen Ampt der Mess / Gott dem Herrn ein wahres / aigentliches / vñnd versöhnlichß Opffer / für die Lebendigen vñ die Todten auffgeopffert werde. Das auch in dem allerheiligsten Sacrament des Altars / warhafftig / leiblich vñnd wesentlich zugegen sey der Leib vñ dz Blut mit der Seel vñ Gotthalt vnserß Herren Jesu Christi. Vñnd dz die ganze substanz des Brots in den Leib / vñnd die substanz des Weins in das Blut Christi verwandelt werde / Welche wandlung die Christliche Catholische Kirch Transsubstantiation / das ist / Ein wandlung einer Substanz in die ander / nennet. Ich glaub auch vñnd bekenn / daß vñnder einerley gestalt / der ganze vñnzerteilte Christus volkkomentlich / vñnd das wahre Sacrament seines Fronleichnams genossen vñnd empfangen werde. Ich glaub auch bestigklich das ein Fegfeuer sey / vñnd daß die Christglaubigen Seelen daselbsten / durch dz fürbitte vñ gläubigen Lebendige Menschen / trost vñ hulff empfangen. Itz / das man auch die lieben Heilige / so mit Christo regern / ehren vñnd anruffen soll / vñnd das sie auch Gott für vñns bitten / Darzu auch dz ihre Heylthumb in ehren sollen gehalten werden.

Ich halt bestendigklich dar für / das man die Gebildnussen Christi / der mütter Gottes / vñnd anderer lieben Heiligen haben vñnd auffhalten / auch denselbigen gebührende Ehr vñnd Reuerenz erzeigen sol.

Ich glaub auch für gewiß / das Christus der Herr den gewalt des Ablass / der Kirchen gegeben hab / auch das desselbigen Ablass gebrauch / der Christenheit gar heylsam sey. Ich bekenn auch die heilige allgemeine / vñ Apostolische / Römische Kirchen / für ein Mütter vñ Meisterin aller andern Kirchn. Ich versprich auch / vñnd gelob mit dem Schwür wahre gehorsam dem Römischen Bischoff / als des heiligen Petri obersten Apostels Nachkömbling / vñnd des Herren Jesu Christi Statthaltern. Dergleichen alle andere stuck / so von den

den heiligen Canonen vnd allgemeinen Concilien / für-
nehmlich aber von dem heiligem Tridentischen Concilio/
auffgesetzt / verordnet / vnd beschloffen worden / dieselbige be-
kenn vnd nimb ich ungezweifellich an. Hergegen vber
alle Irthumben / Lehr / Stuck vnd Kezereyen / so von ges-
melter Catholischer Kirchen bisher verdampft / verworffen
vnd verflücht seyn / od nachmals verdampft / verworffen vnd
verflücht sollen werden / die verdamme / verwürffe / vnd ver-
flüchte ich ebenmäßig.

Disen wahren Catholischen Glauben / aufferhalb weltli-
ches niemand selig kan werden / den ich dar in gegenwertig
Zeit freywillig bekenn vnd wahrhafftig halte / denselbigen will
ich auch (mit hülf Gottes) bis an mein lestes Ende / ganz
vnwiderprechenlich / vnuerwirt / vnd vnuerlegt halten /
vnd bekennen. Ich will auch / sovil mir möglich / allen Fleiß
furwenden / daß diser rechte vnd warhafftig Glaub / von
meinen Vnderthanen / vnd allen denen / so mir vnder mein
sorg befohlen / solle gehalten / gelehrt / vnd gepredigt werden.
Das verheisse / gelob vnd schwer ich N. So helfff mir Gott
vnd die heiligen Gottes Euangelia.

II. In fidei autem professione facienda illud præcipuè
obseruetur, vt publicè ac palàm ab omnibus fiat, adhibi-
taque præmissa verborum forma, nec non per publicam
personam ad hoc constitutam, aut rogatam in peculiari
libro, cum ipsius profitentis subscriptione, ad perpetuã
rei memoriam annotetur.

DE PRÆLATIS.

FActa fidei professione, in hoc omni cura inuigilan-
dum insudandumq; est, vt fidem quam lingua loqui- *Ephes. 4.*
tur,